



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum mendacium semper sit peccatum mortale? 4

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38762**

Ad sextum dicendum, quod operatio aliqua potest considerari dupliciter. Vno modo secundum seipsam: alio modo ex parte operantis. Mendacium ergo ideo sum ex ipso genere operis habet rationem fallendi, quamvis ex intentione dicens non dicatur ad fallen- dum, nec fallat ex modo dicendi. Nec est simile de hyperboliceis, aut quibuscumque figuratiuis locutionibus, que in sacra Scriptura inueniuntur: quia si- cut Augustinus \* dicit in libro contra mendaciis, e. 5. ante Quicquid figuratè sit, aut dicitur, non est mendaciū. med. 10. 4. Omnis enim enuntiatio ad id quod enuntiat, referenda est. Omne autem figuratiue, aut factum, aut dictum hoc enunciatur, quod significat eis quibus intelligendum prolatum est.

## ARTIC. I.V.

*Vtrum omne mendacium sit peccatum mortale?*

A D quartum sic proceditur. Videtur, quod omne mendacium sit peccatum mortale. Dicitur enim in Psal. 5. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Et Sap. 1. Os quod mentitur, occidit animam. Sed perditio & mors anima non est nisi per peccatum mortale. Ergo omne mendacium est peccatum mortale.

¶ 2 Præterea, Omne quod est contra preceptum decalogi, est peccatum mortale. Sed mendacium est contra hoc preceptum decalogi. Non falsum testimoniū dices. Ergo omne mendacium est peccatum mortale.

¶ 3 Præterea, August. dicit in 1. de doctrina Christiana \*, Nemo mentiens, in eo quod mentitur, seruat fidem. Nam hoc utique vult, ut cui mentitur, fidem sibi habeat: quam tamen ei mentiendo non seruat. Omnis autem fidei violator iniquus est Nullus autem dicitur fidei violator, vel iniquus propter peccatum veniale. Ergo nullum mendacium est peccatum veniale.

¶ 4 Præterea, Merces aeterna non perditur, nisi pro peccato mortali. Sed pro mendacio perditur merces aeterna commutata in temporalem. Dicit enim Gre-

575

sup. q. 6. 2.

a. 1. &amp; 2.

&amp; q. 70.

ar. 4. 10. 1.

et 3. d. 38

a. 4. &amp; 4

d. 16. q. 4

ar. 1 q. 3.

corp. &amp;

quol. 8 a.

14. et quo

li. 9. a. 15

cor.

li. 1. c. 36.

a medio,

10. 3.

*li. 18. mo* Gregorius\*, quod in remuneracione obstericum cor-  
*ral. c. 2. 4* gnoſcitur quid mendacij culpa mereatur. Nam beni-  
*med.* gnitatis earum merces, quæ eis potuit in æterna vita  
 tribui, p̄mifla culpa mendacij, in terrenam est re-  
 munerationem declinata Ergo etiam mendacium offi-  
 ciosum, quale fuit obstericum, quod videtur esse le-  
 uiflum, est peccatum mortale.

*8. 17 cir.* ¶ 5 Præterea, Augustinus\* dicit in libro contra-  
*me. 10. 4.* mendacium, quod perfectorum præceptum est omni-  
 nō nō ſolū non mentiri, ſed nec velle mentiri. Sed face  
 re contra præceptum, est peccatum mortale. Ergo om-  
 ne mendacium perfectorum est peccatum mortale.  
 Pari ergo ratione, & omnium aliorum: alioquin  
 eſſent peioris conditionis.

*ſup illum* SED contra eſt, quod Augustinus\* dicit in quin-  
*vers Per-* to Psalm. Duo ſunt gentra mendaciorum, in quibus  
*des om-* non eſt magna culpa, ſed tamen non ſunt fine culpa:  
*nies, qui* cum aut iocamur, aut proximo consulendo menti-  
*loquuntur* mur. Sed omne peccatum mortale habet grauem cul-  
*menda-* pam. Ergo mendacium iocosum, & officiosum non  
*cium, 39.* ſunt peccata mortalia.

*7.* RESPONDEO dicendum, quod peccatum mor-  
*q. 24. ar.* tale propriè eſt, quod repugnat charitati, per quam  
*12. et 35.* anima viuit Deo coniuncta, ut dictum eſt\*. Potest au-  
*c. 3. c ho-* tem mendacium contrariari charitati tripliciter. Uno  
*mines, 22.* modo, ſecundum ſe. Alio modo, ſecundum finem in-  
*gu 2.* tentum. Tertio modo, per accidens. Secundum ſe  
 quidem charitati contrariatur ex ipfa falſa signific-  
*al. chari-* catione. Quæ quidem ſi fit circa res diuinas, con-  
*tatis.* trariatur charitati Dei: cuius veritate aliquis tali men-  
 dacio occultat vel corrumpit. Vnde huiusmodi men-  
 dacium non ſolum opponitur virtutis + veritatis, ſed  
 etiam virtuti fidei, & religionis. Et ideò hoc mendaci-  
 um eſt grauissimum, & mortale. Si verò falſa si-  
 gnificatio fit circa aliquid, cuius cognitio pertineat  
 ad hominis bonum; puta, quæ pertinet ad perfec-  
 tionem Scientiæ, & informationem morum: tale mendaci-  
 um, in quantum infert dampnum falſæ opinionis pro-  
 ximo.

ximo , contrariatur charitati quantum ad dilectionem proximi . Vnde est peccatum mortale . Si vero salsa opinio , ex mendacio generata sit circa aliquid , de quo non referat utrum sic vel aliter cognoscatur , tunc ex tali mendacio non damnificatur proximus : sicut si quis fallatur in aliquibus particularibus contingentiis , ad se non pertinentibus . Vnde tale mendacium secundum se non est peccatum mortale . Ratione vero finis intenti aliquod mendacium contrariatur charitati : puta , quod dicitur aut in iniuriam Dei , quod semper est peccatum mortale , utpote religioni contrarium : aut in nocumentum proximi , quantum ad personam , diuitias , vel famam . Et hoc etiam est peccatum mortale : cum nocere proximo sit peccatum mortale . Ex sola autem intentione peccati mortalis aliquis mortaliter peccat . Si vero fins intentus non sit contrarius charitati , nec mendacium secundum hanc rationem erit peccatum mortale . Sicut apparet in mendacio iocoſo , in quo intenditur aliquis delectatio : & in mendacio officioso , in quo intenditur etiam utilitas proximi . Per accidens autem potest contrariari charitati , ratiene scandali , vel cuiuscumque damni consequentis . Et sic erit etiam peccatum mortale , dum scilicet aliquis non veretur propter scandalum publicè mentiri .

Ad primum ergo dicendum , quod illæ autoritates intelliguntur de mendacio pernicioſo , ut exponit glossa super illud Psalmi 5. Perdes omnes qui loquuntur mendacium .

Ad secundum dicendum , quod cum omnia praepara decalogi ordinantur ad dilectionem Dei , & proximi , sicut supra dictum est \* : in tantum mendacium est contra praeceptum decalogi , in quantum est contra dilectionem Dei , & proximi . Vnde signanter prohibetur contra proximum falsum testimonium .

Ad tertium dicendum , quod etiam peccatum veniale largo modo potest dici iniquitas , in quantum est præter equiratem iustitiae . Vnde dicitur 1. Joannis 3.

Oxone

*q 44. a. r.  
C 1. 2. q.  
100. 4. 5.*

Omne peccatum est iniquitas. Et hoc modo loquitur Augustinus.

Ad quartum dicendum, quod mendacium obstericum potest dupliciter considerari. Uno modo quantum ad effectum benevolentiae in Iudeos, & quantum ad reverentiam diuini timoris, ex quibus commendatur in eis indoles virtutis; & sic debetur eis remunratio aeterna. Vnde Hier. exponit, quod Deus adificauit illis domes spirituales. Alio modo potest considerari quantum ad ipsum exteriorem actum mendacij; quo quidem non potuerunt aeternam remunerationem mereri; sed forte aliquam remunerationem temporalem, cuius merito non repugnabat deformitas illius mendacij, sicut repugnabat merito remunerationis aeternæ. Et sic intelligenda sunt verba Gregorij\*: non quod per illud mendacium merentur amittere remunerationem aeternam, quam iam ex praecedenti affectu meruerunt, ut ratio procedebat.

Ad quintum dicendum, quod quidam dicunt, quod perfectis viris omne mendacium est peccatum mortale. Sed hoc irrationabiliter dicitur. Nulla enim circumstantia aggrauat in infinitum, nisi quæ transfert in aliam speciem. Circumstantia autem personæ non transfert in aliam speciem, nisi forte ratione, alicuius annexi: puta si sit contra votum ipsius. Quod non potest dici de mendacio officioso vel iocoſo. Et ideo mendacium officiosum, vel iocoſum, non est peccatum mortale in viris perfectis, nisi forte per accidentem, ratione scandali. Et ad hoc potest referri quod *li. de mē. Augustinus\* dicit, perfectis esse præceptum non solum non mentiri, sed nec velle mentiri. Quamvis hoc 6. 17. c. 17. med. to. 4. Ibidem.* August. non assertuē, sed sub dubitatione dicat. Primit enim †, Nisi forte ira, ut perfectorum, &c. Nec obstat quod ipſi ponuntur in statu conseruanda veritatis: quia veritatem tenentur conseruare ex suo officio in iudicio vel doctrina: contra quæ si mentiantur, erit mendacium, quod est peccatum mortale.

tale. In alijs autem non oportet quod mortaliter peccent mentiendo.

## QVÆST. CXI.

*De simulatione & hypocrisi, in quatuor articulos diuisa.*

P' Ostea considerandum est de simulatione, & hy-  
pocrisi.

¶ Et circa hoc queruntur quatuor.

¶ Primo, vtrum omnis simulatio sic peccatum?

¶ Secundo, vtrum hypocrisis sit simulatio?

¶ Tertio, vtrum opponatur veritati?

¶ Quarto, vtrum sit peccatum mortale?

## ARTIC. I.

*Vtrum omnis simulatio sit peccatum?*

A D primum sic proceditur. Videtur, quod non om- 576  
nis simulatio sit peccatum. Dicitur enim Luc. vii.  
quod Dominus se finxit longius ire: & Ambr. dicit de  
Abraham\*, in lib. de Patriarchis, quod captiose loque-  
batur cum seruulis, cum dixit Gen. 22. Ego & puer il-  
luc usque properantes, postquam adorauerimus, reuer-  
temur ad vos. Fingere autem, & captiose loqui, ad si-  
mulationem pertinet. Sed non est dicendum, quod in  
Christo, & in Abraham fuerit peccatum. Ergo non  
omnis simulatio est peccatum.

¶ 2 Præterea, Nullum peccatum est utile. Sed sicut Hieron.\* dicit, Utile simulationē, & in tempore assu-  
mendam, Iehu Regis Israel nos doceat exemplum, qui  
interfecit sacerdotes Baal, singens se idola colere vel-  
le, ut habetur 4. Reg. 10. & David immutauit faciem  
suam coram Achis rege Geth, ut habetur 1. Reg. 21. Er-  
go non omnis simulatio est peccatum.

¶ 3 Præterea, Bonum est malo-contrarium. Si er-  
go simulare bonum est, malum; simulare malum, erit  
bonum.

¶ 4 Præterea, Isaia 3. contra quosdam dicitur,  
Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec abscondi-  
derunt. Sed abscondere peccatum ad simulationē per-  
tinet. Ergo non ut simulatione interdum est reprehendi-  
bile.

Sec. Sec. Vol. ij.

Q q fibile.

\* ad Gal.  
2 sup. il-  
lud, Cum  
venisset  
Petr. An  
tiocch. 4.  
9.